




## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Joannes Dei. Visitatio infirmorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



**S. JOANNES DEI.**

*Visitatio infirmorum.*

Deus, qui per S. JOANNEM novam infirmis ministrandi formam in Ecclesia constituisti; da ut ejusmodi piæ caritati vacantes, eadem præmia, intercedente ipso, consequantur.

*Ora pro infirmorum curatoribus.*



**J**OANNES, in Eborensi Lusitaniæ dicecesi tenuiter natus, & octennis furtim abductus in Hispaniam, pascendis ovibus fuit applicitus Oropezæ. Miles deinde factus, aliquot stipendia contra Mauros in Africa meruit: à quibus solutus, denuo eodem rediit, sublevandorum qua posset pauperum causa. Granatæ denique, audita an. 1539 Joannis Avilæ concione, sic exarsit, ut totum sese misericordiæ operibus tradere constituerit. Postea, conatus ejus juvante Deo (quem jugiter ore versans cognomen inde accepit) proprium Granatæ Nosocomium construxit, in cujus ministerio plures alios adscivit sibi socios: qui etiam eo mortuo idem institutum sunt profecuti, nullis religiosis votis adstricti, & Sacerdotii expertes. Obiit autem ipse an. 1550, ex contracto visfrigoris importuni morbo: & quia ædes sacra Nosocomio non erat, sepultus est in templo Minimorum. Hic post 20 annos repertum corpus integrum est; multisque miraculis illustratum. JOANNEM Urbanus VIII 1630, Beatis; Alexander item VIII, Sanctis 1690, adscripserunt; cum jam inde ab an. 1571, Pius Villius Socios recepisset ad vota Religiosa.

*Non te pigeat visitare infirmos: ex his enim in dilectione firmaberis. Ecli. 7.*